differentes aiarū qualitates: act' et eo-
rū leges sūt q̄ plures. Cū quis eis dñat'
illi obediunt. & humiliant' & tūc in eis
vincit pusillanimitas ac verboz humili-
litas. Cū aut alij ipi dñant' eorū aie sūt
conuenientes: cogitationesq; maxime
¶ Viri multas ducūt vxores & mulieres
quoq; multis nubunt viris: circa vene-
reos act' multū anxiant': cū pp̄rijs coe-
unt sorozib' & cū hoib' etiā: multos p-
creant filios & eorū vxores cito pregnā-
tur sicut in eorū regionib' multum cre-
scunt: & augmentant' oia. Eorū qđ q̄
pluriū virozū aie sūt molles & femini-
nē: Quidā etiā eorū mēbra generantia
vilipedunt: ppter veneris & infortuna-
rum societate in qualitate vespertina.
¶ Istozū aut hij sūt qui in parte vesperti-
na quę vocant' curmāta & marmarica
prope assimilant' signo geminox & mer-
curio. Ideoq; sūt eorū habitatores vi-
ri deliberatiōis & intellect' acuti q; in-
genij in oib' rebus: & maxime in scruta-
tione sciarū philosophię & diuinarū re-
rū Sūt diuinatores: secretis & occultis
vntū: generalit' etiā sūt in sciētijis doctri-
nalib' fortes & firmi. Viri aut balneis
auosis: corax: turice: librę assimilant'
& veneri. Qua prop̄t earū nature sūt ca-
lidę & ipsi sunt iter agentes & mercato-
res: eorūq; regiones sunt fertiles & co-
piose. At hij qui terras colunt adhame-
arame. & terras alhabas medie: aq̄rio
& saturno assimilant'. Ideoq; sūt mul-
tum carniū & pisciū comestores: a locis
sterilib' ad loca fertilia se transferunt.
Eorū vita ferarū & bestiarū vite assimi-
lant'. ¶ Duc vsq; signoz & stellarū simi-
litudinē cū vnaq; gentiū: ea q; pp̄rie-
tates in maiori parte generalit' anūera-
uim'. Nunc aut vniuscuiusq; istarū gē-
tium cū vnoquoq; signozū similitudi-

*Quia vni' & m'arū assidit.
bona regio & lauda'*

nem fm q̄ predictis cōuenit particula
riter insinuabimus ut leuior sit istorū
consideratio hoc modo.



F p̄satis itaqz regioni
bus assimilāt arietis Bri
tania: alathia germania
z bestrania: ex regiōibz
aut̄ versus dimidiū habi
tabilis terre posit̄ assimi
lāt firia pfunda: idumea: regionesqz iu
deozū. Tauro qdē assimilant̄. regiōes
farathie nudbie parthie: z eis que sunt
v̄sus habitabilis terre dimidiū: cōstitu
unt̄: fufalaus carbos z litus asię mino
ris. Regiones aut̄ que signo geminozū
assimilāt sunt: vricinia: herminia: ma
thilia: z ex regionibz versus habitabi
lis terre dimidiū collocatis: curbania
z inferiores terre egypti. At cancro assi
milant̄ regiones numidie farchidonie
africe. ex regionibz vero que sunt vers^o
habitabilis terre dimidiū: bathionia:
farogia: faricha. Regiones autē italię
gallię: apulię sicilię: signo leonis assimi
lantur. Et ex regionibus versus habita
bilis terre dimidium constitutis: cuni
ca caldea vrgunia. Uirgini qz assimi
lant̄. babilonia: algiçira regiōesqz asur
Ex regionibz vero versus habitabilis
terre dimidiū posit̄: alias: achaia: z a
critis. Libre aut̄ assimilāt: bactrania fa
scira: siria. Et ex illis que sunt versus
habitabilis terre dimidium: bamanis:
auesis aluntica. Scorpioni v̄o assimi
lant̄: metagantas mauritania: catholi
ca. Et ex regionibz vers^o habitabilis ter
re dimidiū cōstitutis: siria: cumachina
meidbulya. Sagictario qdē assimilan
tur: curinia: malta: hispania. Ex ex his
q̄ versus habitabilis terre dimidiū lo
cant̄: regiones arabū: albamira. Lapri

cornu aut̄ assimilant̄: india: arbania ca
trofia. Et ex regiōibz vers^o dimidiū ha
bitabilis terre posit̄ bicatiū: macedo
nia: abuluris. Aq̄rio assimilāt: saroma
tica: cuchia: asaeda. Et ex illis q̄ sunt
versus habitabilis tre dimidiū: arania
athania: adaunia: media: q̄ ē terra ala
bas media. Discibz assimilant̄ regiōes
sadhane: natagonie: iessasse munitis
armatica. Ex his aut̄ q̄ vers^o habitabi
lis terre dimidiū collocant̄: ludbia: fily
lia. Sūt aut̄ oēs heę .72. z qm̄ hec ita
sūt: oportet ut eis iterū hec q̄ subiūgūt:
attribuant̄. s. q̄ vnaqz stellarū fixaz af
similāt regionibz qb^o earū partes cir
culi signoz̄ assilant̄ z in qb^o oēs agūt: z
sunt partes in q̄rū directo stelle fixe cō
stituūt q̄ sup vnū ex circulis p̄ duos po
los circuli signozū transeuntibz ordinā
tur. his etiā in significatiōe matrū asso
cian̄: illa loca in qb^o sol z luna in istaz
matrū edificatiōis exordio fuerāt nec
nō angulozū loca: z maxime angulus
ascendētis sicut z in natiuitatibz. At in
illis ciuitatibz quoz̄ tps̄ edificatiōis
ignorat̄: locū mediij celi in illi^o regis na
tuitere in tpe cui^o ip̄c fundatę sunt ob
seruare debemus.

Capitlm. 4. qualr ad pgnosticabilē sci
entiā futuraz generaliū perueniat



Dost hanc predictorū ob
seruationē qualr futura
vniuersalia generalr p̄
gnosticari sciam^o ut in
dicēdo psequamur: opoz
tet: Et ea p̄ futura q̄ gene
ralia in terris ac regionibz accidunt: p̄
mitterem^o. Quoz̄ hec est narratio prima
s. z fortior istorū accidentium occasio
nō nisi ex ecliptica solis z lune coniūcti

*Ex eclipsi planit̄ inent̄ quocidē
n̄m̄. Do + v̄oz̄ quocidē st̄m̄
z T. q̄bz z quocidē*

*Propheta...
de regione*

one ac p̄uentiōe nec nō z ex locis motu
um planetaz in ipsis horis contingit.
Quedā etiā ex his vniuersalib⁹ acciden
tib⁹ prognosticatiōes sunt loci locutio
nes hoc ē id qđ ad cognoscendū in q̄ re
gionū z terrarū significatiōes particu
laris eclipsis cōtingēt p̄mittendū est.
stationes z stellarū erraticaz in vnoq̄z
tempore statiōis dico: saturni: iouis z
martis. s. cū stant z eorū significatiōes
obseruant. Quedā vero sūt loqui de tē
pore. i. qđ significatiōis hora: eiusqz spa
tij quantitas: est p̄scienda. Quedā autē
sunt loqui de genere: hoc est qđ scire de
bemus in quo genere futura contingēt
accidentia. Quedā etiā sunt loq de spe
cie futuri z hęc est vltima partiū p̄ quā
modū futuri qualif sit deprehendem⁹.

**Capitulum. 5. in cognitione regionū qui
bus accidentia futura contingent.**

Primū quidē qđ narrare
proposuimus. est prima
species prognostice loq
s. de loco. sed qualiter ad
eius cognitionē perueni
re possumus hic indica
bim⁹. In eclipticis zeni cōiunctiōib⁹ ac
p̄uentiōib⁹ solis z lune: z maxime i
eo qđ aptius est locū eclipsis in circulo
signorū obseruare debem⁹: nec nō z re
giones que illi triplicitati assimilātur.
terras etiā que signo eclipsis assmilan
tur siue p̄ ascendens horę edificatiōis
earū: z per loca luminariū in illa hora:
seu per mediū celi locū in illi⁹ natiuita
te qui tunc eis dñabat: obseruare nos
oz. Sciendū ē etiā qđ i qb⁹ cūqz regiōib⁹
vel terris hanc quā p̄dixim⁹ similitu
dinē inuenerim⁹: in eis omnibus que

future sunt significatiōes euenient: et
maxime in ea que eidem signo eclipsis
assimilatur z in qua super terram vide
tur eclipsis.

**Capitulum. 6. in tempore futurozū
accidentium.**



Secundā vero speciē pro
gnostice: p̄ quā significa
tionis hora z spatij quā
titas cognoscit hoc mo
do deprehendemus: qm̄
vna. s. z eadem eclipsis q̄
in aliquo tempore cōtingit: nō in oib⁹
regionib⁹ in eadē hora in equali cernit
nec id qđ eclipsat ex sole: nec ēt spatiū
tpis eclipsis illi⁹ in oib⁹ terris est eq̄le:
horā eclipticā que erit in vnoquoqz lo
corū habentiū partē in futuro z angu
los fm̄ altitudinē poli parit ponamus
sicut facim⁹ i natiuitatib⁹. post hęc ob
seruemus quot horis equalib⁹ in vna
q̄qz terraz tenebrę eclipsis extendēt: qz
cū harū notitiā habuerim⁹ sciem⁹ qđ fu
tura solaris eclipsis tot annis durabūt
quot eius hore equales fuerint: lunarī
vero totidē mensib⁹. Qua p̄pter ga p̄nci
pium horarū istarū rerum: z totū esse
earū spatij non nisi fm̄ proportiōez lo
ci eclipsis ad angulos deprehenditur.
cum locus eclipsis in oriētali parte ori
çontis fuerit: futuri principii: in. 4. p̄i
mis mensibus post eclipsis horā fore
significabit. Intensionis vero status
in prima tertia spatij totius temporis
in quo erunt significatiōes illius ec
clipsis apparebit. Si autem in parte ce
li medij fuerit significabit qđ erit in. 4.
mensibus secundis z in tertia media.
Qđ si fuerit in occidētali parte oriçōt i

*1^a spēs p̄nostr
de loco*

*2^a spēs p̄nostr
de hora & spatij q̄*

*Mo
Dicitur
In medio*

4. postremis mētib⁹ illud fore designa-
bit ⁊ tertia vltima. ¶ Particulares at
augmentatiōes ⁊ diminutiōes futuro-
rum deprehendunt ex cōiūctiōib⁹ ⁊ p-
uentiōib⁹ q̄ fient int̄ hęc cū erūt in locis
que sunt futurozū occasiōes: vel in ali-
quo loco cū eis societate habentiū i
figura: ⁊ ex locis etiā motuū planetarū
p̄ q̄s futura cōtīgūt: ut sint. s. oriētales v̄l
occidētales seu stationarij l̄ ascēdētes
in principio noctis: ⁊ ut i figura signis
que sunt occasiōes futurozū per aspe-
ctū: vel alio modo p̄dicto assignen-
tur: Cū oriētales nāq; fuerint v̄l statio-
narij augebunt futura. Cū orientales
aut vel sub radijs extiterint aut ascēdē-
tes i vespe retrogradī fut̄a minorabūt.

¶ Capl̄. 7. in genere futurozū accidētū



Tertia vero spēs p̄gnosti-
ce est per quā in quo ge-
nere futurū accidet dep̄-
hendim⁹: qđ ex qualita-
tib⁹ ⁊ figuris que pp̄rie
sunt signo ⁊ in quib⁹ est
eclipsis locus indicat: ⁊ signozū etiam
in quib⁹ erraticę ⁊ nō erraticę cōsistūt
stelle: que si zno eclipsis ⁊ signo anguli
p̄cedentis eclipsis donādo disponūt:
¶ Sciet̄ at̄ almudhebir ex stellis errati-
cis istozū duozū locozū sicut hic narrādo
docem⁹. Stella igit̄ que mltas in duo-
bus p̄fatis locis auctoritates habue-
rit. i. in eclipsis loco: ⁊ in alio loco angu-
li p̄cedētis eclipsis s̄m alictisal ⁊ s̄m
hoc qđ illis domib⁹ ac triplicitatib⁹ ex-
altatiōib⁹ etiā atq; terminis dñabit: il-
la solūmō erit almudhebir. Qđ si vnā
stellā q̄ loco eclipsis ⁊ anguli dñet: nō
inuenerim⁹ duas stellas p̄les i his duo-
bus locis auctoritates ut p̄diximus

habentes inueniam⁹ oportet: ⁊ tunc
p̄ponendus est eclipsis dñs. At si plu-
res q̄ duę stelle q̄s in his locis duob⁹
auctoritates habuerint illā in disposi-
tione eligem⁹ ⁊ p̄ponem⁹ fortiorē: de
qua qđ sit in angulo ouenienti⁹ indica-
tur: vel que sit fortioris opis: aut q̄ ma-
gis illi⁹ haic cōueniat. ¶ Et cū hoc itez
stellarū nō erraticarū dispositionē sic
accipiem⁹. Ex stellis igit̄ lucidissimis il-
lam que cū loco eclipsis i angulo q̄ p̄e-
cessit eclipsis apparuit p̄mit⁹ obserua-
bim⁹. Qđ ex his q̄ i p̄mo nostro libro di-
xim⁹ dep̄hendet. In quo. 9. modis soci-
etatū figurarū que stellis apparēt enar-
rauim⁹. Nā iterū stellam que hora ecli-
psis cū angulo ascendentis vel cū angu-
lo mediij celi fuerit cū illo. s. istozū duozū
angulozū qui locū eclipsis subseq̄t ob-
seruabim⁹. Postq̄ aut̄ deprehendim⁹
stellas quas ad cognoscēdas futuri oc-
casiones talit̄ obseruam⁹ forme signi i
quo est eclipsis obseruationē ⁊ illius i
quo sūt stelle habētes dispositionē sub-
iungem⁹. Cū generis in quo futurū cō-
tinget nō possit haberi notitia: nisi per
qualitatū istozū p̄dictozū locozū pp̄rie-
tates. Signozū igit̄ figure que formāt
in angulo circuli zodiaci ⁊ que sunt s̄m
stellas nō erraticas cū in humane figu-
re similitudine figurāt id q̄ futurū eē si-
gnificat̄ in humano genere cōtinget: ⁊
si figurā aialis siluestris representāt v̄l
si quadrupedib⁹ assimilant̄ in aialibus
eis silibus inueniēt. Quod si formis re-
ptiliū aiantū assimilant̄ erūt in serpen-
tibus ⁊ in eis similibus. Itē si ferarū si-
militudinē gerunt in feris siluestrib⁹ q̄
nocent hominib⁹ illud futurū eueniet:
⁊ si domesticozū aialiū formas represē-
tant in domesticis aialib⁹ quib⁹ v̄tunt̄
homines: ⁊ quib⁹ oī tpe vite suę iuuant̄

3^a p̄gnosticiōis spēs ⁊ i igne 204

illud inueniri nō dubitat: sed vniuscuiusque speciei horum animalium forma. i. in eggs et bobus ac pecudibus et in his similibus. Item id quod ex figuris animalium siluestrius versus partem septentrionalem ponit subitaneas terre mutationes proprie significat. Quod autem versus partem meridianam figuratur: alterationes aeris nemini timorem inferentes ostendit. Nam cum loca stellarum quod dominando disponunt in figuris alas habentibus fuerint ut in virgine et sagittario. et gallina ac vulture volante et in his similibus illud futurum in volantibus contingere manifestum est: et maxime in volantibus que ab hominibus comedunt. Quod si fuerit in figuris animalium natabilium: in piscibus et in omnibus animalibus aquaticis illud accidet. Nam si in figuris animalia marina representantibus fuerit ut in cancro ac capricorno atque delphino illud erit futurum in animalibus marinis et in nauibus equozis. Et si in figuris animalium fluminalium fuerit ut in acrio et piscibus in animalibus fluminum et fontium apparebit. Et si in figura navis fuerit in utroque genere videbitur. Similiter si fuerit in aliquo signorum solstitialium vel equinoctialium erit significatio generaliter in rebus aeris et in temporibus vnicuique earum convenientibus. Earum autem significationes proprie in his que ex terra nascuntur apparebunt. Nam cum fuerit in signo equinoctiali vernali in fructibus arborum cum oriri ceperint earum significationes inuenientur ut in vineis ac ficulneis et in eis contemperaneis. Quod si fuerit in signo estivali solstitiali: in fructibus cum colliguntur et reseruantur futura contingere significabunt. Preterquam in egypti regionibus in augmento nili proprie significationes ostendentur. Si autem fuerit in signo equinoctiali

autumali erunt significationes in seminibus cum seminantur ac in herbis et in his similibus. Sed si fuerint in signo solstitiali hiemali in oleribus et in hoc quod ex volucribus et piscibus apparet eorum significationes euenient. Item cum fuerint in aliquo signorum equinoctialium in ecclesiis et in domibus ad honorem dei constitutis futura contingere significabunt. Si vero fuerit in aliquo signorum solstitialium mutationes morum in ipsa regione manentium indicabunt. Quod si fuerit in signis fixis in fundamentis et in edificijs futura contingere demonstrabunt. et si fuerit in signis communibus in hominibus et regionibus euenire futura prefignabunt. Similiter etiam cum fuerit hora eclipsis in locis proprie versus orientem constitutis: in fructibus et in his quorum anni sunt iuuentutis ac in fundamentis euenire futura designabunt. Si autem in celi medio fuerit quod est super terram in ecclesiis ac potentibus et in his quorum anni sunt medij significationes apparebunt. Quod si in occidente fuerit: in moribus ac morum variationibus: et in his quorum anni sunt senectutis nec non et in mortuis significata continget. Scientia quidem quantitatis partis in qua futura subiecti generis apparebunt: ex quantitate tenebrarum eclipsis et ex proportione stellarum que futuri sunt occasiones ad locum eclipsis deprehendet. Nam si fuerit in figuris vespertinis in eclipsi solari aut in matutinalibus: in eclipsi lunari in minori parte illius generis futura continget: cuiusque per diametrum in oppositione fuerit ipsius generis dimidium futurum illud amplexabitur. Si autem in solari eclipsi fuerint in figuris matutinalibus in lunari vero in vespertinis futura in maiori parte contingere significabunt.

In solstitiali
In equinoctiali
In vernali
In estivali
In meridiano
In oriente
In occidente

Significatio eclipsis in variis influentia

Capitulum. 8. in qualitatibus futurorum.



Quarta quidem species prognostice futurorum qualitates inquirat. i. utrum ea bona sint an boni omnia: aut quae species ex istorum duorum speciebus contingat: inuestigare proponit. haec autem ex naturis stellarum almuadhebir reginae quae futurorum sunt occasiones: et ex commixtionibus unius eorum ad alteram et ad loca in quibus fuerit deperdit. i. sol et luna precipiunt: et aliae stellae dominant. Quae propter totius operis et stellarum dispositionis: fortitudinumque stellarum almuadhebir et earum debilitationum: sunt occasiones: obuiatio vero commixtionis stellarum almuadhebir ad inuicem futurorum accidentium qualitates significat. Nos autem uniuscuiusque stellarum erraticarum proprietates operis incipiemus enarrare: sed ut nostra perfectior sit narratio: quoddam generale praemittendum fore putamus: et est quod cum alicuius ex .5. stellis erraticis complexiones generaliter ostendemus. Scire debemus quod ipsius opus eiusdem naturae assimilabitur: siue sit ipsa stella praenominatae qualitates in semetipsa: vel non praenominatae. ob hoc quod sunt quaedam stellae non erraticae: et quaedam ex loci circuli signorum: quarum complexiones ipsius stelle complexionibus assimilantur. at si fieri posset: quod sic nominibus stelle careret earum naturas et qualitates ostenderemus: et quae nos etiam cum earum commixtionibus obseruabimus non solum stellarum erraticarum ad inuicem commixtionibus obseruare debemus: sed etiam earum naturarum commixtionibus cum stellis non erraticis et cum locis circuli signorum: pro hoc quod ex earum similitudinibus cum stellis non erraticis explanauimus.

Saturnus itaque cum solus fuerit dispositio dominus ipse generaliter erit occasio destructionis ex frigore contingetis opus autem eius particulare est. quod cum in hominibus futura contingent longas generabit infirmitates: et postquam ac nocumenta quae proueniunt ex humoribus et ex humorum collectionibus: febres quartanas: fugas: stupores: anxietates: tristitias: timores: et mortem. Maxime autem in his qui iam in annos ingressi sunt: sed cum in aialibus quibus homines nimis utuntur: futura contigerint: erit impedimentum ex eorum paucitate: et in his quae tunc inueniuntur: egritudines: et corporum detrimenta contingent. In hominibus etiam qui eis utuntur infirmitates infirmitatibus illorum conformes aduenient et morientur. Si autem in aeris qualitatibus acciderint: erit frigus maximum cum glacie et nebulis: eruntque in aere detrimenta: qualitatesque mortiferae: inspissabitur nubibus et obscurabitur nives ac ventorum flatus inconuenientes et destructores erunt. ex quibus quae plures bestiae quae nocebunt hominibus procreabunt. At in mari ac in fluminibus hiemalis aer et submersiones nauium committentur continget. In eis iter agere difficiliter accidet: piscium erunt paucitates atque destructiones. In mari vero diminutiones et augmenta proprie continget. In fluminibus autem proprie inundationes maxime: et aquarum detrimenta. In terrarum quoque fructibus euenient diminutiones paucitates ac detrimenta: et maxime in his quibus homines opus habent necessario: erunt autem eorum detrimenta per vermes quae creatur in oleribus vel per locustas: aut per submersiones vel per pluuiarum superabundantiam: siue per frigus siue per horum filia ita quod ex hoc quicquid carissima proueniet cum

+ species praenominatae super quibus stellae quinquaginta
Comptores partium et

ius occasione morient hoies.

Iupiter autē cū solus fuerit dñs dispositio- nis: res generalit̄ augmentabit: cuius opus propriū in hoib⁹: est graduū sublimitas: statusq; melioratio: apta carneitas: salut̄ ac securitat̄ qualitas augmentū etiā rerū quib⁹ opus habēt hoies: corporū ⁊ aiarū habitudo cōueniens: remuneratiōes ⁊ regū p̄mia: augmenta quoq; rerū regaliū: fama nois atq; magnanimitas ⁊ generalit̄ ē occasio fortune. In bestiis autē quib⁹ hoies frequent̄ vtunt̄: satis augmentabunt̄: ille vero quē his sunt cōtrarie morient̄ ⁊ annihilabunt̄: sed aer tempabit̄: eritq; salutaris ac multoz ventoz humidoz: terrē fruct⁹ augmentabit̄: salubres erunt maris nauigationes: ⁊ fluminū inūdatiōes temperate: fructus quoq; multi ⁊ his similia.

Mars vero cū solus fuerit dispositio- nis dñs: erit occasio detrimenti puenientis ex siccitate generalit̄. Eius autē opera particularia in hoib⁹ sunt bellicatiōes ⁊ guerrē multē int̄ eiusdē generis viros: depredationes seruitutes ire regū: ⁊ turbatiōes hominū generaliter. Quibusdā etiā hominib⁹ continget ppter hoc: mors repētina: egritudines cū febrib⁹: triane febres empissis: ac mors festina. Maxime autē his qui circa annoz iuuetutis extremitatē versantur. similit̄ etiā irascenē quidā ⁊ ab hominib⁹ parū pendent̄: illicita cōmittent̄: legem transgredient̄ cōbustiones etiā: viroz interfectiones: rapinas: ac viarū abscisiones patient̄. In aere vero fiet calor maximus ⁊ ventus calidus atq; peremptorius corporū dissolutorū fulgura: pluuiarūq; paucitates. In mari quoq; subite submersiones nauū per

ventozū cōmixtiōes vel per fulgura aut per his similia contingent. In fluminibus autē accident diminutiōes aquarū ac fontū desiccatiōes ac potabilis aq̄ detrimentū. In rebus etiam ad vsū hoīz pertinentibus. s. in bestiis ⁊ vegetabilibus continget paucitas: eruntq; fructū detrimēta: siue qm̄ a calore cōburētur: siue per locustas: aut propter dissolutiones eis accidentes ex ventis vel quia in ipsis reseruatorijs cōburēt̄.

Venus autē cum sola fuerit dispositio- nis dñs ip̄a generalit̄ quēadmodum ⁊ iupiter operabit̄. ⁊ cū hoc venercos actus aliquantulū exercebit: cui⁹ opus propriū particulare in hominibus: est graduū sublimitas: honores alacritates: melioratiōes status: coniugij bonitas: filioz mltitudo: cōmoditates oīuz rerū cōingaliū: augmentatiōes substantiē: actus nitidi ⁊ mundi: bonus anim⁹ in legum obseruatione: apta carneitas applicatio ad reges: ⁊ potentū consanguineitas. Sed in aeris qualitatibus venti cum temperie ⁊ humiditate contingent: commestiones multe: erit aer habilis: atq; seren⁹: aque vō q̄ res oziri iuuāt ⁊ pluuię q̄ plures erūt. Naves etiam in equore nauigando saluabuntur in mercimonijs fiet lucrū: flumina augmentabunt̄ ⁊ implebūt̄: aialia quoq; q̄ b⁹ vtūt̄ hoies: ⁊ terrē fruct⁹ crescēt ⁊ meliorabunt̄: atq; proficient.

Mercuri⁹ itaq; cū sol⁹ fuerit dispositio- nis dñs ip̄e generalit̄ sicut ceterarum stellaz cōmiscet̄ ip̄i⁹ naturę assilabit̄. eius autē op⁹ propriū: est mot⁹ rerū pl⁹ q̄ aliarū stellaz ⁊ eius op⁹ ē in futur̄ accidētib⁹ hoib⁹ acutissimū ⁊ forte: erūt et̄ in hoc q̄ agere voluerit subtil̄ igenij. Viarū abscisiōes latrocinia ⁊ depdatōes

De m̄ s. sup̄ plenit̄ dñam a solo ⁊ stellaz
dirigū

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

eis accidēt. In itinerib⁹ v^o maris: cū i
fortunijs associabit^r erit difficultas: est
etiā sicce egritudinis occasio nec non ⁊
febrū quottidianax: tussū: ac vomitu
um ptisis diuinationis officij diuini ⁊
eoz que futura sunt in hereditatib⁹ do
morū orationis: variatiōis mox ⁊ le
gum qñq; s; ipsius cōmixtionē cū cete
ris stellis. Qua propt^r quia sicca est ei⁹
cōplexio: festiniq; mot⁹ propt^r solis pro
pinq; et qm̄ ei⁹ frequētes sūt retro
gradatiōes in sua circūolubilitate tur
bato ⁊ repētinos festineq; variatiōis
in aere v̄etos excitat: nec n̄ tonitrua ful
gura apertioes terre: terrēmō⁹ ac coru
scatiōes ⁊ forsan pp̄t hęc que p̄dicta
sunt: detrimenta in aialib⁹ ⁊ vegetabi
lib⁹ quib⁹ nimis vtunt^r homines eueni
ent. Diminutiōes aquarū ⁊ fluminū in
horis occasus eius euenient: in horis
aut^m sui ortus augmentabūt. ¶ Unusq;
q; igit^r planetax: cū in suo naturali esse
sibi proprie fuerit opabit^r. Cū vero ad
inūicē cōmiscēbunt^r: fm figurarū socie
tatē ⁊ signozū differentiā: eozūq; appa
ritiōē respectu solis: ⁊ añ hoc fm opm
cōmixtionē erit eoz op⁹ propriū: ex dif
ferentib⁹ specieb⁹ fm hoc ⁊ ex naturis
que suis natur⁹ associabūt cōmiscēbit^r.
Qua propt^r cū enarratio proprii opis
q; ex vnaq; specie cōmixtionis fuerit:
sit inexplicabilis ⁊ esse nō possit: ⁊ cum
istoz oīuz enarratio generalit^r in quali
bet figurarū accidentiū multis modis
possit deprehendi: hęc species auditori
bus relinquat^r: oportet ut que in ea sūt
particularia: ingrāt ⁊ obseruet. ¶ Hęc
vero similitudines stellax per quas fu
tura cōtingent cū regionib⁹ ⁊ terris in
quib⁹ que futura sūt euenire significāt
obseruare debem⁹ hoc modo. Cum igit^r

tur erunt fortunę ⁊ locis in quib⁹ futu
ra contingent assimilabunt^r: ⁊ stelle q̄
sunt ex haiç earū haiç contraria super
eas non eleuabunt^r: erit propriū op⁹ na
turarū suarū maioris valitudinis sicuti
cum ipsis locis non assimilabunt^r: ⁊
stelle que sunt ipsis contrarię super eas
eleuabunt^r: minor erit earum valitudo
Cum aut^m earū complexio nociua fue
rit ⁊ futuri operi dñabunt^r: si locis in q̄
bus futura cōtingēt assimilant^r: ⁊ stelle
que sunt ex haiç contraria earum haiç
super eas eleuabunt^r earū nocuentū
alleuiabūt. Quod si nō earū fuerit ip̄a
rum regionū dispositio: nec sup eas ele
uabunt^r: stelle que regionib⁹ eisdē assi
milantur earū nociue cōplexionis op⁹
in ipsis magis eueniet. Accidentia v^o
generalia frequent⁹ accidunt homini
bus in quozū natiuitatib⁹ loca necessa
ria. i. loca in quib⁹ sunt luminaria: ⁊ lo
ca angulozū sunt loca rerū que sūt oc
casiones accidentiū generalium. i. loca
eclipsiū vel loca q̄ sūt eis opposita. hoc
aut^m tunc erit grauius ⁊ ad p̄cauendū
⁊ difficillimū: cū ip̄e eedē partes locoz
eclipsiū erūt partes locoz vni⁹ lumina
ris in natiuitatibus ⁊ post hoc cū hec
partes erunt eis oppositę.

¶ Caplm. 9. in coloribus eclipsis ⁊ in
caudatis stellis ⁊ his similib⁹.



N reb⁹ nāq; futuris vni
uersalibus colores hora
eclipsis apparēt. i. ip̄o
rum luminariuz colores
⁊ eozū qui circa ip̄a vidē
ur ut sunt ea que vocant^r
haleisi halela: ⁊ his similia nobis ob
uare conuenit. Cum igit^r nigri v̄l quasi

virides fuerint: ea que saturni naturam
imitari diximus significabunt: et cum ali
bi fuerint: ea que sunt ex natura iouis
significare dicunt. Quod si ad rubedinem de
clinauerint designabunt ea: que sunt ex
natura martis: et si aurei coloris extite
rint: ea que veneris naturam sequuntur in
dicabunt. At si diuersorum colorum fuerint
significabunt ea que sunt ex natura mer
curij. Si autem color ille totum corpus lumi
naris vel eorum qui circa ipsum sunt ample
xabit: in maiori parte regionum futurum
accidet: sed si qualibet unam partem lumi
naris vel eorum que circa ipsum sunt oc
cupauerit in ea parte solummodo que est in
directo partis illius in qua ille color ap
paruerit futurum eueniet. Item conuenit ut
caudatas stellas que hora eclipsidis vel
aliis temporibus apparuerint obseruemus. nec
non et alia futura vniuersalia ut sunt il
la que vocantur aleisi abbo cat halbaue
ni et his similia. Quarum nature martia
liberum et mercurialibus nature que sunt pre
diximus assi
milant: que prelia combustiones et qualitates
que res moueri faciunt et accidentia que
propter eas accidunt operantur: loca etiam in
quibus futura contingent ex eorum locis
in circulo signorum et ex locis que sunt
in directo stelle caudate cognoscemus.
Speciem quoque significati futuri et eius
subiectum generum ex forma illius accidentis
quod tunc apparebit deprehendemus. Ex
quantitate vero temporis illius acciden
tis quod tunc apparet futuri sciemus spatium
Ex earum etiam affinitate cum sole quora
hora futurum incipiat indicabit. Nam cum
mane magis apparebit subito futurum
eorum eueniet: et cum magis in vespere fu
turum earum tarde conringet.

Capitulum. 10. in anni principio.



Est premissum vniuersale
modum cognitionis eorum
que futura sunt in regio
nibus et terris: restat ut
particularia. i. ea que in
anni temporibus accide
rint subiungamus et tempus quod anni prin
cipium dicitur. in hoc ut ostendam: oportet
que reiterationis igitur solis initium in
vnaqueque circūuolutioe illud esse debe
at: fere propter eius vim eiusque nomen pla
num et apertum est. At in circulo nullus
existimare principium poterit absolute.
In zodiaco vero circulo principium nisi
a punctis qui sunt in directo horarum equ
noctialium et solstitialium intelligi minime
potest. Contingit etiam hominibus super
hec loca dubitare: eo quod quis eorum. 4. ad
premittendum sit conuenientior ignoratur.
Nam secundum planam naturam circulares: nul
lus eorum precedit alium ita quod ad initium
dum sit magis aptus alio. Illi autem qui
hoc in suis libris tractare conati sunt:
in modis differentibus hec. 4. tempora po
suerunt: et eorum unumquodque loco principij
constituerunt. Quos conueniens eorum ratio
eorumque naturam effectus ad hoc adduxit
Istorum etenim unicuique temporum quedam est
proprius per quod ipsum anni noui fore
principium existimare debemus. ob hoc
etenim equinoctiale vernale tempus initi
um posuere quod dies in ipso superare no
ctem incipit et quoniam ipsum est humidum na
turaque humida multa est in omni principio
rei cum procreat: ut in premissis ostendimus
Tempus autem estiuale solstitiale loco princi
pium ponit eo quod in ipso dies perficitur: et est eius
ultima longitudo. Et quoniam in ipso apud
egyptios est augmentum nili. Ascenditque
in eo aschere algemenia: ac equinocti
ale tempus autumnale sumit initium. ob
hoc quod in ipso est omnium fructuum collectio

z que futura sūt in eo seminari incipiūt
hiemale vero temp^o solstiale propter
hoc initiū cōstituit qz post dierū curra-
tōnē i ipō incipit eoz diez elōgatiō: z qd
magis eē cōueniēs naturaliqz rationi
proprius in obseruatiōe rerū anni dep-
hendim^o est istoz. 4. principioz obser-
uatio nec nō cōiunctiōnū z puentiōnū
solis z lunę que p̄dicta tpa p̄ceden-
tes prope ipa fuerint. Maxime autē in
quib^o fuerint eclipses. Ita ut per prin-
cipiū qd ex solis existentia in ariete de-
prehendit vernalē qualitātē cognosci-
mus: z p̄ initiū ex eiusdez existentia in
cancro deprehensū: qualitātē estiuale.
Per principiū autē qd ex ipsius in librā
ingressū cognoscit qualitatem autūna-
lem. Initiū vero qd p̄ eiusde introitum
in capricornū accipit hiemale qualita-
tem demonstrat. p̄pterea qz generales
temporū qualitates z eoz oēs modi
nō sunt: nisi per solem. Quarū qualita-
tum notitiā nō solū doctrinaliū exper-
tores: verū etiā alij anticipant. Conue-
nit etiā ad earū notitiā signoꝝ proprie-
tates per quas ventoꝝ flatus significē-
mus: z generalit̄ oēm eoz obseruare na-
turam. Variatiōes autē augmēti vel di-
minutiōis in aliquib^o horis cōtingētis
ex cōiunctiōib^o z p̄uentiōib^o q̄ post p̄-
fata p̄icta fuerint z ex stellarū erratica-
rū societate cū ipsis in figuris generalit̄
significabim^o. Rē vō particularē desi-
gnabim^o ex cōiunctiōib^o ac p̄uentiōibus
solis z lunę que fuerint in vnoquoqz si-
gnorum z ex stellarum locis: hoc est i-
gitur qz mensuram obseruatio nuncu-
pari potest.

Capitulum. II. in naturis signoꝝ particu-

larib^o qualit̄atib^o anni conuenientib^o



Lloꝝ quidē que huic rei
necessaria sunt hęc p̄di-
cta nos enarrasse z vni^o
cuiusqz signi naturales p̄-
prietates particulares ex
hoc qz anni qualit̄atib^o
conuenit: ac vniuscuiusqz stellarū p̄prie-
tates ostendisse cōueniēs est. Erratica-
rum igit̄ stellarū similitudinē z nō erra-
ticarū quarū cōplexiōes erraticarū cō-
plexiōib^o assilant cū aere z vētis. s. cū
sol in eis fuerit nec nō oīuz signoꝝ cū vē-
tis z temporib^o similitudinē in p̄missis
ostendim^o. Restat itaqz particlares eo-
rū naturas assignare. Arietis ergo si-
gni naturā generalit̄ p̄p̄t̄ ignoxtium in
ipō contingens tonitrua z coruscationes
adducit. Sed natura suaz partiū in au-
gumento z diminutiōe ex p̄prietatibus
stellarū nō erraticarū q̄ in eo sunt dep-
hendit: hui^o nāqz signi principia: plui-
as z ventos efficiunt: eiusqz medietas
tēpate cōplexiōis existit. Extrema vero
pars eiusde cōburit z mortalitatē gene-
rat. At iparum illa q̄ sunt septentriona-
lia: calefaciūt z destruūt. que autē sūt me-
ridiana congelant z ifrigidant. Can-
cri vero signū vniuersalit̄ vtrāqz cōple-
xiōnē significat: sed tñ ad caloris signifi-
cationē p̄clui^o est. Ac suarū initia par-
tiū maxime autē que circa pliaades sunt:
terremot^o vētos z nebulas faciūt: eiusde
vero medietas hūectat z ifrigidat. Qd
autē circa aldebaran in ei^o extremo po-
nit: est igneū z coruscationes z fulgura
gignit. Ipsaz vō que septentrionales
sunt tēpate cōplexiōis existūt: z q̄ sūt
meridionales instabilitatē z mot^o inor-
dinatos faciūt. Signū autē geminorū

vniuersalit̄ facit temperiē: quozū prin-
 cipia magne sūt hūectatōis z destructi-
 onis. Media vero tempatā demōstrāt
 cōplexionē. Extrema qdē cōmixte com-
 plexionis z instabilis eē dicunt: earum
 partes septentrionales vētos ac terre-
 motus adducunt. At meridiane ignee
 sunt z cōburentes. ¶ Signū itē cancri
 generalit̄ facit serenitatē z calorem cui-
 us primordia que circa p̄sep̄ locat̄
 callidū ac turbidū aere reddi: nec nō
 terremotus z obscuritatē afferre probā-
 tur. Que aut̄ sūt in eius medio tempera-
 tam nutriunt complexionē: z q̄ in eius-
 dem extremo ponunt̄ ventos p̄creant:
 septentrionales vero partes siue meri-
 dionales ignee sūt z cōburentes. ¶ Le-
 onis quidē signū calozē z aerem turbidū
 vniuersalit̄ designat: ei⁹ partes p̄ce-
 dentes aerē calidū z turbidū ac mor-
 talitates annūciant: ei⁹ vero medietas
 temperate complexionis existit: z que
 ponunt̄ extrema humectant z destruūt
 At que sunt in septentrione ignea sunt
 z comburentia: que vero meridianam
 sibi partē vendicant: humectant. ¶ Si-
 gnus aut̄ virginis vniuersalit̄ humectat
 z tonitrua demonstrat cui⁹ partes pri-
 me maiorē calozem faciunt z destru-
 unt. At medie temperatam complexio-
 nē obseruant. Ultimę vero sunt aqua-
 tice: eius vero partes septentrionales
 ventos adducunt z meridiane tempe-
 ratam complexionem obseruant. ¶ Li-
 brę signum generalit̄ narrat z mutat:
 cuius partes p̄cedētes ac medie tem-
 peratę sunt complexiōis. Quod aut̄ in
 eius extremo locatur: est aquaticū. At
 quod in septentrione cōstituit̄ ventos
 procreat: z quod in meridie ponitur:
 hūectat z mortalitatē generat. ¶ Scor-

pionis signum vniuersaliter facit toni-
 trua et est igneum: cuius partes p̄ce-
 dentes ventiniuiam faciunt: z que in
 eius medio locantur temperatę sūt cō-
 plexionis: extreme vero terremot⁹ ostē-
 dunt: eius septentrionalia comburunt:
 humectant aut̄ meridiana. ¶ Signū sa-
 gittarij generalit̄ facit ventos z ei⁹ hu-
 mectant initia: partes vero medie tem-
 peratā complexiones indicant: vltima
 sunt ignea ipsius: septentrionalia vētos
 adducunt: meridiana vero fortiter hu-
 mectant z variant. ¶ At capricorni si-
 gnū vniuersalit̄ nimis humectat cuius
 principia comburunt z destruūt: z ei⁹
 media sunt temperatę cōplexionis: ex-
 trema vero pluuias ostendunt: eius se-
 ptentrionalia seu meridionalia hume-
 ctant ac destruūt. ¶ Signū aquarij ge-
 neraliter infrigidat: z est aquaticus cui-
 us initia valde sūt humida: z eius me-
 dia temperantur in complexiōe: extre-
 ma vero faciunt ventos: illius septen-
 trionalia comburunt: meridiana vero
 ventiniuiam faciunt. ¶ Piscium vero
 postremū signum vniuersaliter infrigi-
 dat: z vētos generat. cui⁹ p̄tes p̄ce:tem-
 perate complexionis existunt: medie
 fortiter humectant: vltimę vero cōbu-
 runt: meridiane quidem sunt aquatice:
 z septentrionales ventos efficiunt.

¶ Caplin. 12. in particularium quali-
 tatum inuestigatione.



Is itaq; p̄missis signi-
 ficationum particulariū
 modos subsequenter di-
 camus. Unus igit̄ istorū
 nodozū est obfuiatio rei
 generalr q̄ p̄ obfuiatiōez

rei vniuscuiusq; quartę deprehendi /
tur. In quo proprioze coniuñtio /
ne vel p̄uentionem solis ac lunę que
solstitialia ⁊ equinoctialia puncta p̄e /
cesserit ut p̄cedimus obseruemus o /
porter: ⁊ ut oportet angulos hora con /
iuñctiōis vel p̄uentionis in vnoquoq; /
climate p̄ q̄ inuestigare volum⁹ velut
ap̄tā in natiuitate ap̄tem⁹. postea pla /
netas almudebir locoꝝ in quib⁹ cōiun /
ctionalis p̄uentionio fuerit: nec nō dispo /
sitionis anguli quā hęc loca sequēt: quę
admodū in reb⁹ eclipsis ostendim⁹ ob /
uem⁹. deinde generalia p̄petatū quar /
tarū ⁊ augmentū ac diminutionē for /
titudinis debilitatisq; futuroꝝ ex na /
turis stellaz almudebir addiscem⁹ eoz
qualitates cuiusmodi fuerint ⁊ que q̄ /
litates etiā ab ipsis mouēt obseruādo
Scds vō modus est rerū mensū obser /
uatio. In quo cōiunctiōes ⁊ p̄uentioni /
ones que sunt in vnoquoq; mense ⁊ in
vnoquoq; signoꝝ fm̄ ip̄m eundem mo /
dum que p̄cedimus: post eoz que di /
cem⁹ notitiā obseruare necesse est. Lū
iḡit cōiunctio fuerit circa punctū solstiti /
alem vel equinoctiale que p̄cessit cō /
iuñctiōes vsq; ad eiusdē quartę perfecti /
onē obseruabimus. ⁊ cū circa quēlibet
istorū punctozū p̄uentionio fuerit p̄uē /
tiones vsq; quo eadē quarta pficiantur
attendem⁹. Itē angulos ⁊ stellas vni /
uscuiusq; p̄dictozū locoꝝ almudebir
obseruare debem⁹: ut pp̄inquarū stella /
rū apparitionē ⁊ erraticarū stellarum
alictisal ⁊ alinifiref. earūq; stellarū pro /
prietates atq; qualitates: quos etiā vē /
tos ip̄e mouent: nec nō signoꝝ in quib⁹
fuerint partes: inuestigem⁹. Rursus ad
q̄s ventoꝝ flat⁹ latitudo lunę declinat
cum a zodiaco circulo declinauit ob /

seruabim⁹: ita ut in maiori parte quali /
tatū mensū: per hęc oīa qd vincet ⁊ eo /
rum status p̄sciam⁹. Tertius autē mo /
dus est ut fortiorē significatoꝝ qui sup /
debilitatem ⁊ fortitudinē rei significat
obseruemus. Qd ex societate luminari /
um in figuris particularib⁹ nō solū in fi /
guris coniuñctiōis ⁊ p̄uentionis: vtz etiā
in ip̄is q̄ in dicorhomitate lunę dephē /
dit. eritq; frequētī initiū alterationis q̄
figurat tribus diebus anteq; sit cū sole
luna ⁊ forsā erit hoc op⁹. 3. dies q̄ sup /
equaliū longitudinē accidet. Itē depre /
hendit ex ip̄ozū duozū societatis cum
stellis erraticis in his vel in alijs qua /
litarib⁹ ut in trino ⁊ sextili. ⁊ q̄ hęc na /
turalē ordinē imitat: ad variatiōis autē
qualitatē perueniem⁹ cū naturales simi /
tudines quas habēt signa ⁊ stelle q̄ ob /
seruant: cū aere circūdante ⁊ ventis imi /
tabunt. Harū vero qualitātū particula /
riū fortitudo q̄ q̄tidie fuerit: tūc erit p̄pe
cum nō erraticę stelle que maioris cla /
ritatis ⁊ fortioris operis fuerint: mane
vel vespere in oriente vel occidente fm̄
solis affinitatē apparebunt: p̄pterea q̄
hic in maiori parte qualitates particu /
lares ad suas naturas mutāt ⁊ alterāt.
Itē nō min⁹ erit hoc cum luminaria
in angulorum aliquo fuerint. Debilita /
tes etenī ⁊ fortitudines qualitātū vni⁹
cuiusq; hore contingent cum in his lo /
cis: luminaria processerint. Sicut ac /
cessus ⁊ recessus cum in his angulis lu /
na fuerit euenire probāt: ⁊ mutatio di /
spositionū ventozū proprie: non est nisi
apud cursum duorum luminarium ad
istos cardines ⁊ est mutatio eaz ad vē /
tum ad quem declinat latitudo lunę.
In omni autem loco scire debemus q̄
primā generalis occasio fortior est.

Prothema particularis
Coniunctio p̄ p̄uentionem ⁊ d̄ d̄ d̄ d̄
Coniunctio p̄ p̄uentionem ⁊ d̄ d̄ d̄ d̄
fortiori significatoꝝ ⁊ d̄ d̄ d̄ d̄
Ex erraticarū societate
⁊ angulozū sim

Quę vero sequuntur sunt accidentium particularium occasiones: et quod opus certissime verificat: et corroborat cum stelle que naturarum generalium fuerint aliquid habebit in figura naturis particularium associabunt.

Capitulum. 13. in significationibus que ex alijs signis accipiuntur.



Valeat quidem in significationum particularium prognosticatione signacula que sunt circa solem et lunam ac stellis observare. Illud etiam quod ex his accidit: soli inuestiganda notitia diurnalium qualitatum cum emergit. In cognitione vero qualitatum nocturnalium perscrutanda cum occiderit observare convenit. Ad sciendas vero qualitates quarum spatia plongan: horas societatum luminarium: in figura considerabimus. eo quod unaquodque figurarum: qualitatem que fuerit ab ipsa hora usque ad horam in qua luna fuerit: in figura que eam sequitur in maiori parte significat. Cum sol igitur orietur vel occidet: et ipse clarus fuerit ita quod non tegatur ab aliquo: liber a nubibus: serenum tempus significabit. et si eius circulus diversorum colorum fuerit: vel ad igneam ruborem declinaverit: aut si solis radii qui ab ipso processerint vel qui circa ipsum sunt rubei fuerint: aut si nubes que soles dicuntur in una parte solis apparuerit: et colorem nubium ad ruborem declinantium habuerint: eiusque radii in longum extensi fuerint. et ab invicem extra circulum separati: ventos fortissimos quorum flatus procedunt ab angulis in quibus hec signa que diximus apparebunt: significabunt. Quod si niger ascenderit vel ad viriditatem declinans aut nubilosus occiderit vel circa ipsum unum vel duo circuli fuerint: seu cir-

ca se nubes que soles appellant habuerit: eorumque radii declinantes ad viriditatem: vel nigri fuerint: aerem hiemalem et pluvias indicabunt. Item si luna ea die que tribus diebus ante coniunctionem: et que totidem ante preventionem et totidem ante dichotomiam: necnon que tribus partibus horas fuerit eiusdem locum observare debemus. Cum igitur apparuerit: si subtilis et clara nitidaque videbitur et nihil fuerit a quo circumdetur serenum significabit: si si subtilis fuerit et rubea: totumque quod non illuminatur ex ea clarum apparuerit: et quasi moveri videatur: ventorum flatus ex ea parte ventus quem ipsa declinat venturos significabit. Sed si nigra fuerit vel viridis et spissa hiemalem aerem atque pluvias nuntiabit. Item convenit ut circulum qui circa eam format attendamus. Quod si unum fuerit et clarus ac pedetenti abbrevietur, aerem clarum designabit. Et si duo vel tres fuerint hiemalem aerem demonstrabunt. Quod si ad clarum ruborem declinaverint et quasi abscessi fuerint hiemalem aerem qui per validos ventos fieri: annuntiabunt: Si autem turbidi et spissi fuerint hiemalem aerem quod per ventum in unum erit indicabunt: et si ad nigram viriditatem abscessi declinaverint: aerem hiemalem qui per utriusque occasionem accidit significabunt: cumque plures circuli fuerint: plura erunt secundum hec que predicimus. Circulus item qui circa erraticas stellas et ex non erraticis circa lucidas apparebit: ea que coloribus ipsorum circulorum et earum que circumdant naturis assilant significabit. Stellas etiam non erraticas ut plades alfecca et his similia nobis observare convenit. Quatenus earum in quibus que plures stelle ad invicem appropinquat collectiones inspiciamus: et ut earum colores atque quantitates deprehendamus: nam cum apparuerint et ipse maioris luminis

*De coloribus radiorum solis et stellarum et ventis
prophetia*

maiorisq; quātitatis solito fuerint: ven-
toꝝ flatus ex ea parte in q̄ ip̄e cōstituūt
significabunt. Si ū nāq; modo stelle q̄
pprie assimilant aladcha velut ille que
nathra vocant que ꝛ pꝛesep̄ dicuntur
ꝛ his filia: cū ī sereno tēpe fuerint quasi
non apparentes vel spisse multitudinē
pluuiaz ꝛ aerem hiemalē indicabunt.
At si clare fuerint ꝛ fulgide ventos va-
lidos annunciabunt. Mod⁹ etiā illaz
rerū que in aliquibus temporibus ex
habitudinibus alijs contingunt: filr ē.
Stelle videntur Laudate nāq; stelle q̄, assimilant alad-
cha ventos ꝛ aeris siccitatē semp̄ osten-
dunt: erit etiā illi⁹ qđ ex hoc contingeret
fortitudo fm illarū rerū multitudinē et
ipsarū spatij longitudinē: ac stellarū ia-
culatio ꝛ earū currere si ab vno angu-
loꝝ fuerit ventoz flatus illa ex par-
te futuros significabit: ꝛ si ex differen-
tibus angulis apparuerint: inordinat-
os ventos annunciabit. Quod si a. 4.
angulis videbit aerem hiemalē: ex mul-
tis differentijs indicabit: ita qđ inde to-
nitrua: coruscationes: ꝛ his similia pro-
uenire non dubitabimus: eodē quoq;
modo: cum nubiuū qualitates lunę flo-
cis assimilabunt: hiemalem aerem for-
tassis significabūt: Iris etiā que quan-
doq; videt: cū in serenis temporib⁹ ap-
paruerit: aerē hiemalē pꝛesignabit: cū
q; in temporib⁹ hiemalis aeris forma-
bit: serenum nunciabit. Generalit̄ autē
dicim⁹ qđ in maiori parte proprij colo-
res qui apparent in aere qualitates si-
miles accidentib⁹ pꝛedictis coloribus
significatis indicabūt: nec igit̄ vniversa-
li inuestigatiōe rerū generaliuū ꝛ parti-
culariuū generali modo pꝛedicta sunt. In
subsequentibus vero natiuitatū pꝛog-
nosticationem velut ordo postulat expla-
nabimus.

Incipit tractatus. 3. libri. 4. Ptolomei
mei i quo sunt. 14. capitula. Proboemi-
um istius tractatus.



Ostq; ac-
cidentia
genera-
lia i bis
q̄ ex no-
stra ob-
seruatiōe p-
missa sūt
demon-
strauim⁹
eo qđ eo-
rum ob-
seruatio

ad pꝛemittendū est conuenientior qua-
liter futura rerū vnuscuusq; hoīum in-
sitarū naturarū proprietatib⁹ depꝛehē-
dam⁹: nunc explanare nitentur. hęc igit̄
pars operi vocat rerū natiuitatū pꝛ-
gnostica. Qđ aut̄ istarū duarū specierū
vis in via opis ꝛ sciētie sit vna: scire nō
est incōueniēs. nam solis ꝛ lunę stellaz
q; mot⁹ vnuscuusq; pprij ꝛ generalis
accidentis est occasio. differentia vero
naturarū eozū que pꝛedicta sunt ꝛ mo-
tuꝝ consiliū ꝛ obseruatio quos ꝛ cele-
stia mouent ꝛ ea que ipsa circūdant est
ocasio per quā erit horū accidentiuū pꝛ-
gnosticatio: pꝛet̄ qđ generalia acciden-
tia maiora sunt ꝛ alterius suplemto
non egent. particularia vero nō sic: nec
oportet ut ipsarū principij horas in q-
bus celestiuū qualitates ponim⁹ ꝛ qui-
bus id pꝛescire vtimur: qđ a societate fi-
gurarū que in ip̄is horis formāt signi-
ficatur vnū ꝛ idē principiuū esse putem⁹.
Immo qđ plura sint initia generaliuū
accidentiuū existimare debem⁹: eo qđ in
toto vnū pꝛincipiuū inuenire non possu-

mus. hęc vō principia semp nō ex ip̄is
reb⁹ subiectis sed ex reb⁹ circūdantib⁹
quę futurozū sūt occasiōes inueniunt.
nos etenī in maiori parte cūcta accidē
tia per grādiōzes eclipses ⁊ per stellas
q̄ manifesto motu mouēt ingrim⁹. In
singulis aut̄ hoib⁹ vnde ⁊ multa princi
pia reperiunt. vnū itaqz principiu ē ini
tiū collectōis qd̄ est in nobis: multa ve
ro principia respectu primi sunt altera
tiones quę post hęc ex reb⁹ circūdanti
bus contingunt. vnū igitur initiū ad p̄
mittēdū hoc in loco cōuenienti⁹ est. ob
hoc q̄ alia oia nō nisi huius occasiōe p̄
ueniūt. Qua propt̄ cū hęc ita sint: gene
rales proprietates collectionis ex ob
uatione primi initij deprehendunt: ex
reliquis vero principiis id qd̄ in vnaqz
horarū ex augmento vel diminutione
continget fm̄ hoc q̄ ex temporū diui
sionibus subiungem⁹ addiscem⁹.

*Capitulum .i. in casu spermatis ⁊ in exi
tu infantis.*

Quonia ad esse hominū
tempabile principiu habet
betur: est aut̄ hoc princi
pium naturalit̄ cū sp̄ma
cadit: in potētia vō ⁊ ac
cidentalit̄ cū infās hora
part⁹ ingredit̄. Cōuenit bis q̄ hora cas⁹
sp̄matis fortuitu vel obseruando de
benderunt ut cū corporis ⁊ anime qua
litates pp̄rias scire voluerint: suas ad
hoc inuestigatiōes ex hoc q̄ figura stel
larū ha hora pp̄rie. i. hora casus sp̄
matis opat̄: accipiāt. Qua propt̄ cū ac
ciderit sp̄mati semel in principio quali
tatem recipere quę sibi ex rebus circū
dantibus aduenit. licz illa qualitas in

hoc ex rebus horis eē corporis continget
postea varietur: ip̄m cū augmentū ma
teriei sibi tm̄ sibi naturalit̄ sibi met attra
het. cūqz creuerit illa rerū materies q̄
litari prime quę spermati pp̄ria est assi
milabit̄. Eū aut̄ hora casus spermatis
ignozabit̄ sicut multotiēs euenire com
pertū est: initiū qd̄ est infantis exitu ne
cessario conuenit obseruare. Quod idē
maximū est initiū: nec etiā a primo dif
fert: nisi in hoc qd̄ subiungit̄: p̄ primū
itaqz principiu id qd̄ est ante partū ut p̄
sciatur aut̄ possibile est. nam primū esse
principiu: alium aut̄ simile fore princi
pio satis enunciari pōt: eo q̄ vltimū eo
rum: scdm̄ est in tempe: ⁊ fortassis eius
quantitas est in fortitudine perfectioz
primo: oportet etiā ut primū initiū est
seminis hominis frequentius appelle
tur. Scdm̄ vō eē hominis dicat̄ ob hoc
q̄ infans ea tunc adipiscit̄: quę dum in
vtero clauderet̄ nō habebat. ⁊ cum hic
etiā pp̄rietates quę tm̄ sunt in homi
nis natura ⁊ qlitatē quę sunt corpi ac
cidit acquirat. Itē id qd̄ hora part⁹ nos
circūdat: licz in faciendo natū nihil iu
uare putet̄: ut illi⁹ cui⁹ est qualitatis exi
stat: iuuat tm̄ ut sit eius apparitio eiusqz
exit⁹ fm̄ pp̄riā circūdantis rei qua
litate. pp̄tea q̄ natura post ip̄i⁹ perfe
ctionē: cū ad exitū moueri facit cū qua
litas qlitati q̄ eū formauit assimilabit̄.
Oportet igit̄ ut stellarū qualitatē hora
exit⁹ infantis istarum rerum similia ite
rū significare existimem⁹ nō q̄ ip̄a hęc
operetur: sed necessario ⁊ naturaliter
in fortitudine opifici assimilatur. **¶** At
quoniam in hoc sermone nostra inten
tio ut hanc scientię partem solerti tra
mite manifestemus sicut promissimus
in huius libri primordio: vbi ad hanc

Casus spermatis ⁊ exitus infantis



prognosticandi modū pueniri posse p
 bauim⁹ & qm̄ antiquissima via pgnosti
 candi que est fm̄ oīuz stellaz vī pluriū
 cōmixtionē multozū est modozū: & fere
 infinita. cū quis eā plane & apte pscru
 tari tentauerit. Maxime aut̄ in futuris
 particularibus q̄ a naturarū speculato
 rib⁹ inquirunt: q̄ in narrationib⁹ que
 ab ip̄is dicta fore dicunt̄ inueniri pōt:
 & ppt̄ eius vsus grauitatē & ei⁹ explana
 tionis difficultatē nos hęc p̄termitte
 re deliberauim⁹. Illi⁹ aut̄ magisterij p
 gnosticationē per quā vnaq̄q; speciez
 in pscrutādi modo deprehendit: mani
 festare nec nō vires opifices pp̄rie stel
 lis cū perfectiōe per hoc q̄ cōsequi pōt
 via naturalis cōiecturę cōpēdiōse nar
 rare intendim⁹. nec oportet ut ad quali
 tates rei circūdantis p̄ q̄s vnūq̄q; ac
 cidens qd̄ accidit hoi deprehendit n̄ra
 tradañ intentio. Sed generalr̄ cōuenit
 vt vires corpoꝝ opifices cum locis sibi
 cōsimilib⁹ cōiungam⁹ sup̄ victorię dñā
 tionisq; modū: sicut ī emissionē sagictę
 facim⁹. at futuri q̄ in hac subiecta spē p
 multaz naturaz collectionē colligitur
 ei qui sup̄ ipsum ita deliberauerit & p̄spi
 caciter inquisierit. sicut sagictator cū be
 ne ei euenit ad signū obseruationē reli
 quim⁹. N̄ri vero sermonis initiū in re
 bus vn̄uersalib⁹ in principio qd̄ est in
 eritu infantis apparētib⁹: velut cōgruo
 conuenit ordini pōnem⁹. cum per hoc
 principium ad esse oīuz rerū hanc natu
 ram habentiū: sicut diximus peruenire
 possim⁹ proprietates autē que hora ca
 sus spermatis innascunt⁹: p̄ hanc eandē
 obseruationis spēm ab illo qui solas p
 prietates que in ipsa eadē collectione
 fuerit sagacit̄ perscrutabitur & subtilit̄
 inuestigauerit deprehendūtur.



Capitulum. 2. in scia gradus ascendētis.



Cū in re prima que sub
 stentaculū est: qd̄ est gra
 dus ascendētis: hora eri
